

Actum fideliter in Ripa maris folie noue iuxta memia dicti castri, anno domine natiuitatis M^oCC^oCC^oXXXV^o. Indicione tertia decima secundum cursum Janue, die vigesima septendbris hora vespertina presentibus: Gabriele de Roxa; Johanne de Vasallo notario; Lodixio de Dominis de Cucurno; Anthonio de Saudio; Nicolo de Saliceto, militi dicti domini Armirati; Damalli proto-corni de Syo; et proto-Gerachari Argenti de Syo; et alia multitudine copiosa; testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Extractum transcriptum et exemplatum est ut supra de foliatio Instrumentorum compositorum per peregrinum de braccellis notarium existente in cancellaria Regia communis Janue per me Anthonium de Credentia notarium et cancellarium.

Rex dominus } ANTHONIUS DE CREDENTIA,
Janue } notarius et cancellarius.

[fols. vi and vi verso blank]

FIRST CONVENTION between the COMMUNE OF GENOA and the MAHONA OF CHIOS. Genoa, 26th February 1347.¹

[Biblioteca Civica Berio, Genova. *Codex Berianus Chiensis*, fols. vi-xii verso.]

(*In scroll*) Conuentio prima inter Mahonenses Mahone vetensis Chii tempore domini Simonis Vignosi tunc armirati Galearum XXXVIII anno domini M^oCC^oCC^oXXXVII die xxvi februarii Manu petri de Reza Notarii et tunc comunis Janue Cancellarii.

[*fol. viij*] In nomine domini amen. Cum per magnificum et egregium d. dominum Johannem de Murra, dei gratia Januensium ducem et populi defensorem, et per eius Consilium habitis serutinio et consilio quamplurimum et multorum civium Januensium et omnium officialium officiorum ciuitatis Janue Inismul concordancium cognoscentes grandia pericula tunc imminenta ciui-

¹ This convention is published in *Liber Tertium Reipublicae Genensis (Historia Patriae Monumenta)*, Tome II (Augustae Taurinorum, 1857), cols. 558-71; and, in a corrupt version wrongly dated 1447, *ibid.* cols. 1498-1512. It has also been published in C. Pagano, *op. cit.* pp. 271-81. There are two other copies in *Codices Giustiniani*, A, fols. 1-15 and B, fols. v-xv.

tati Janue et districti et status, prelibati domini ducis et eius consilij et populi Januensis provisum fuerit et ordinatum fieri debere per commune Janue et homines Janue et districtum armatam galearum viginti quinque vel plurimum et ipsam armatam fieri utilissimum fore ymo necessarium ipsi communi Janue ad se defendere contra exercitum galearum triginta vel plurimum et magnum exercitum pedum armatorum quos preparabant rebelles inimici et emuli comunis Janue et status presentis qui receptantur in castro monaci contra honorem et bonum statum d. ducis comunis Janue et status presentis populi et in preiudicium ciuitatis Janue et districtus, et propterea per prelatum d. ducem et eius consilium et commune Janue fuerunt electi quatuor officiales: videlicet Johannes Tariguis; Dominicus de Garibaldo; Pasqual de Furneto; et Thomas Morandi de Levanto, cum larga potestate et baillia videlicet con [*sic*, = cum] tota illa potestate et baillia quam totum commune Janue habet ut hoc plenus in actis cancellarie prelati d. ducis et eius consilij et in regulis officij dominorum regulatorum ciuitatis Janue continetur.

[*fol. vii verso*] Et cognoscentes quod per predictos officiales pro explificatione [*sic*, = expeditione] dicte armate notificatum fuit quod omnes et singuli volentes armare aliquam galeam in extollo predicto deberent coram dicto officio dictorum quatuor electorum super dicta armata comparere. Et cognoscentes quod nulli alij reperti fuerunt qui voluerunt de dictis galeis aliquam armare suis expensis preterquam viginti novem ciues Janue et districtuales Janue de peccunia eorum et suorum cum participum qui ob specialem devotionem status presentis galeas viginti novem armandas susceperunt et qui personas et homines eorum viriliter exposuerunt ad augmentum et mantencionem status prefati. Et cognoscentes quod ob armamentum galearum predictarum per commune Janue fuit eis patronis conuenta idempnitas eorundem super armata prefata seu occasione dicte armate et cisdem fuit conuentum quod usque ad integram satisfacionem indempnitas eorum ipsi patroni dictarum galearum et participes ipsarum et armate prefate deberent habere omnia commoda et utilitates quorumcumque locorum et terrarum que per armatum et patronos et homines ipsarum galearum acquirerentur. Postquam prefati patroni pro se et participibus et sociis eorundem armaverunt galeas viginti novem quarum galearum extolet per ipsum d. ducem et eius consilium et per dictum officium dictorum

quatuor officialium armate factus fuit ammiratus discretus vir Simon Vignossus cuius popularis Janue qui ammiratus una cum dictis galeis accessit versus partes orientales. Et primo civitatem Terracene acquisiverunt et etiam castrum Traieti [ex?] castris comitis Fundorum manu armata viriliter acceperunt in devinculum dicti comitis Fundorum inimici et emuli manifesti comitis Janue, ibique ceperunt plures galeis et gallectos quod dudum antea et tunc armate modo pirratice dampnificaverant et dampnificabant Januenses et eorum res et merces navigia et personas, ibidemque ceperunt quam plures et quam plures pirratis qui in ibi receptabantur quos ultimo supplicio punivit ipse d. Ammiratus cum magno favore et ad bonum et pacificum statum cominis Janue.

Et postmodum accedentes ad partes orientales inveniunt quod propter condiciones guerrarum in dictis partibus vigentium cum inimicis fidei christiane et maxime insulam Chij deuenire debere in extraneis [sic] naciones Janue et Januensium nationi et Romanorum seu Grecorum odiosas ex quo de facili Chitatis Janue et districtus ipsius esset quam plurimum diminuta et quod delectus esset si loca predicta in allos devenissent certissimum apparebat quod Januenses, cum eorum merimonijs in partibus Romanie Maris Maioris et aliis partibus orientis non sine gravi periculo personarum et eris navigare potuissent, et etiam ex hoc secta perfidorum Turchorum hostium Crucis Christi suscepisset [sic] augmentum non sine magno opprobrio Christianorum ac dampno [fol. viii] immenso omnium Januensium et districtualium Janue. Volentes occurrere tam grandibus periculis accesserunt cum dictis viginti novem galeis ad dictam Insulam Chij et ibidem se obtulerunt defensionem loci predicti contra predictos requirentes ipse Ammiratus et patroni ab hominibus dicte Insule quod vexillum sive banderias cominis Janue suscipere deberent et eadem Ammirato tradere duos ambasciatores qui accederent ad dominam Imperatricem Romanorum cum eo ut visa voluntate eidem d. Imperatrici [sic] fieret de dicta Insula et locis partium predictarum ne peruenire possent in alienas nationes ut predictum est. Et cum dictus Ammiratus et patroni invenirent habitatores dicte Insule cassuros in pericula predicta et requisitiones dicti Ammirati et sociorum penitus contemptores ipsi Ammiratus et patroni et homines dictarum galliarum pro se et participibus dicte armate pro manutenzione favoris nationis Januensium et

cominis Janue steterunt per menses tres seu circa in obsidione civitatis et casiri Chij. Et finaliter ceperunt manu armata et sue potestati totali subjugaverunt totam dictam insulam et postea castrum civitatis Chij cum certis pactis et condicionibus que fecerunt cum Grecis habitatoribus dicte [sic] loci, prout apparet publico Instrumento scripto manu Peregrini de Bracellis notarii mccccxxxvi die martis xii septembris, et postmodum foliam novam et veteram que etiam ipsam extolam [sic] offendebant et ipsa loca ipsorum potestati favorabiliter subjugaverunt. Et cum prefati Ammiratus [et] patroni pro se et aliis participibus dicte armate a dicto d. duce et eius consilio et comuni Janue sibi satisfactionem fieri de expensis per eos factis in dicta armata in cundo stando et redeundo et de eorum dampnis et interesse quorum expensarum dampnorum et interesse summa dicti Ammiratus et patroni dictis nominibus aserebant ascendere ad maiorem quantitatem librarum ccl. Januorum ac etiam pro indempnitate predicta sibi provideri tanquam benemeritis de ipsorum labore requirebant ad voluntatem dictorum dominorum ducis et consilij cominis Janue et prout iustum et convenientis foret. Et esset incertum et dubium quid et quantum ipsis patronis et participibus deberetur inter prefatum dominum ducem suum consilium et commune Janue ex una parte et dictos Ammiratum patronos et participes dicte armate ex altera. Tandem habitis colloquiis et deliberatione per ipsum d. ducem et eius consilium conventis multis ex civibus Janue providis et discretis et zelatoribus cominis Janue et status presentis in multitudine copiosa et post varios tractatus habitos per communes amicos inter dictas partes et per ipsum dominum ducem et suum consilium cognitio quod instrumenta [?] explicari debere spectant et pertinent et spectare et pertinere expresse et manifeste visum fuit ipsis d. Duci et eius consilio ad statum et augmentum presentis status populi civitatis Janue. Et cum per ipsum d. Ducem et suum consilium declaratum fuerit instrumenta [?] fore utilia pro salvamento seu augmento status presentis ut hec plenus apparant in actis cancellarie prefati domini ducis et eius consilij scripti manu Lafanchi de Zoalio notarii et cancellarij dicti domini ducis anno presentis die xx february.

Tandem prefatus dominus Dux in presentia [fol. viii verso] voluntate et consensu consilij quindecim consiliariorum consilij dicti d. ducis et consiliariorum ipsius consilij, in quo consilio

interfuerunt infrascripti consiliarij dicti consilij nomina quorum sunt hec: d. magister Christofforus de Amicis Fixicus prior; Ugolinus Monegini de Clauaro; Petrus de Riuemanno spectarius; Johannes de Panerio notarius; Jacobus Carrega Ianerius; Nicolaus de Clauaro culterius; Oglerius de Ponte de Cal[m]ponorus; Gulienrus Frascaria de Vuluro; Petrus Guidonis Rubens; Baldael Adurnus; Antonius de Saulo; Simon de Monclia sartor; Carolus de Casalli; nec non dicti consiliarij et consilium predictorum in presentia auctoritate et consensu dicti d. ducis expressito prius verbaliter per priorem predictum dicti consilij dicitis d. duci et eius consilio si placebat eis quod presens transactio et composito poneretur ad postam et quod fiat declaratur et statuatur super contentis in ea an non et deliberatum fuerit quod sic et postea per modum examinis per dictum priorem ut [= utrum] fieri debeat presens composito transactio [an] non deliberatum fuit inter eos quod ad finalem determinationem procederetur et quod presens transactio et composito fieret et dato partito inter ipsos consiliarios [et inter] se absoluentes ad balouilas albas et nigras inuente fuerunt balotole albe numero quatuordecim computata ita domini ducis nula existente nigra. Et sic obtentum fuit quod presens transactio et composito fieret ut inferius conuenitur nominibus eorum et nomine et vice comunis Janue ex una parte et dominus Simon Vignossus, olim Armiratus dicti extoli et patronus seu armator unus ex dictis galeis, et Johannes Taringus, Dominicus de Garbhaldo prior, Pasqual de Fuirneo, Guillermus de Solaro de Varagine eius Janue, Thomas Morandi de Lavanto, Ampelius Cantelus Ferrarius, procurator[es] patronum et participum dicte armate, habentes potestatem et baliam ad infrascripta ex forma Instrumenti scripti manu dicti Peregrini ad infrascripta notarij m.cccc.xxxv. vi die .12. septembris, et Nicolaus de Bracellis notarij m.cccc.xxxv. vi die .12. septembris, et Nicolaus de Castello notarius procurator additus ex forma Instrumenti scripti manu dicti Peregrini notarij, nominibus eorum et nomine et vice omnium et singulorum participum dicte armate ex altera parte: ad infrascriptas compositionem et transactionem committere et concorditer peruenirent inter dictas partes dicitis nominibus solempni Stipulatione valatas et peruenisse sibi ad iudicem dicitis nominibus confessi fuerunt renunciantes dicte partes dicitis nominibus sibi ad iudicem exceptioni dictarum compositionis et transactionis non interuentarum rei ut supra et inter se non esse vel non fuisse seu sic non se habentis doli mali metus

et omni iure in factum actione conditioni sine causa et omni alii iure.

Videlicet quia prefati Symon et procuratores nominibus quibus supra voluerunt et consenserunt quantum in eis est quod commune Janue habeat merum et mixtum Imperium et omnimodam jurisdictionem in dicitis locis et terris et qualibet ipsarum. Ita etiam quod dicta Loca et quemlibet seu quamlibet ipsorum cum omnibus locis et terris ipsorum Locorum a predictis regantur et gubernentur tam civiliter quam criminaliter sub nomine comunis Janue et pro comune Janue et ad honorem et favorem domini ducis et status [sol. viii] presentis populi et comunis Janue nec non proprietatem et dominium castri et Ciuitatis Insule chij et castrorum et burgorum folie noue et folie veteris in forma infrascripta et ut infra dicitur et non aliter.

In primis quod ipsa Loca regantur et gubernentur nomine et vice comunis Janue tantum et etiam custodiantur pro securitate dierorum patronorum et participum dicte armate et pro ipsis et nomine ipsorum hoc modo: videlicet quod dominus dux et suum consilium annuatim de mense februarij debeant dare inscriptis viginti homines populares Ciuitatis Janue et burgorum illis ex participibus dicte mahone qui per ipsos participes ad hoc deputati sunt vel deputabuntur qui de ipsis viginti eligant quatuor quos digniores crederint ad officium potestacie dicte Insule Chij et ipsos quatuor representent inscriptis domino duci et suo consilio et tunc dominus dux et consilium suum teneantur eligere in potestate dicti loci Chij quem voluerint ex ipsis quatuor. Et si forte predicti constituti seu constituendi requirerent sibi dari alios viginti a domino duce et suo consilio, non contenti de primis, tunc et eo casu dicitur d. dux et suum consilium eis debeant dare inscriptis alios viginti. Ex quibus viginti tam primo quam secundo datis dicti constituti teneantur et debeant eligere quatuor ut supra et dictos quatuor domino duci et consilio suo representare et tunc ex ipsis quatuor prefactus dominus dux et consilium teneantur eligere unum quem voluerint in potestatem dicti loci. Qui potestas iuret et promiat dictam insulam Chij et homines et habitatores ipsius regere et gubernare in Jure et Justicia secundum formam capitulorum et regularum ciuitatis Janue et secundum formam conventionum quas dicitur d. Simon fecit cum Grecis Chij salve semper presenti compositione.

Castellanus vero castri ciuitatis chij eligatur hoc modo: videlicet 2

(in scriptis)
qualiter locum
chij debeat...
dici potestatis

quod prefati constituti per dictos participes dare debeant inscriptis domino duci et suo consilio sex homines populares de civitate et burgis Janue quorum sex ipse dominus dux et suum consilium eligere debeant in castellanum dicti castri unum quem voluerint. Et si forte dominus dux et consilium vellent sibi dare alios sex teneantur dicti constituti sibi dare ex quibus primo et secundo datus dictos d. dux et consilium eligant in castellanum quem voluerint. Qui castellanus sic electus teneatur [sic] et debeat promittere et iurare, notario publico officio publico stipulanti et recipienti, ad honorem d. ducis et sui consilij et communis Janue et nomine et vice dictionum participum dictum castrum tenere custodire et saluare bene et legaliter nomine et vice participum dicte mahone et ad honorem et favorem et bonum statum domini ducis et sui consilij et boni status populi predicti et pro cautella et securitate ipsorum participum donec dictum commune dicta Loca quiescit a dictis participibus titulo emptionis ut infra dicitur, et de predictis inviolabiliter observandis. Idem castellanus sit [=sic?] eligendus prefato d. duci et suo consilio recipienti et vice participum prefatorum et pro securitate ipsorum et dictis participibus preest ydoneas securitates et fideiussores de libris tribus millibus Januitorum de ipsis Locis custodiendis et saluandis ut supra nomine et vice ipsorum participum et pro securitate ipsorum et ad honorem exaltacionis et bonum statum domini ducis et sui consilij status presenti et communis Janue. Et quod finito dicto tempore idem castellanus teneatur eius successori modo simili eligendo dictum castrum libere consignare tradere et ponere in sua forcia et virtute, omni fraude dolo et malignitate cesantibus, ad mandatum d. ducis et sui consilij et communis Janue et dictionum participum nomine et vice ipsorum participum pro ut superius est expressum sub pena dicte securitatis et cris et persone ipsius Castellani contrafaciens. Et si forte per commune Janue seu per aliquam personam nomine dicti communis aliter quam dictum sit requireretur castellano dicti loci qui nunc est et pro tempore [fol. VIII verso] fuerit, sine voluntate participum seu sapientium constitutorum per ipsos, quod ipsum castrum restituant ipsi communi Janue seu alicui persone corpori collegio ipsi universitati teneatur ipse castellanus vinculo Sacramenti ipsum castrum non restituere ipsi communi Janue, sed ipsum tenere debeat nomine dictionum participum et pro dictis participibus ut supra. Nec propterea contra ipsum castellanum seu eius bona seu fideius-

quod castellanus
pro, nisi sub
locum forma

sores ipsius et bona ipsius possit procedi per commune Janue seu aliquem magistratum per commune Janue constitutum vel constituendum realiter vel personaliter vel alio quovis modo, nec propterea dici possit rebellus vel contra faciens seu inobediens communis Janue et hoc mixi essent a dictis participibus empta dicta Loca per dictum commune et supra dictum est et inferius dicitur et infra tempora infra scripta. Qui castellanus suo juramento teneatur tractare omnes amicos domini Ducis et sui consilij et status presentis populi pro amicis et Inimicos pro inimicis et de non recipiando aliquem Inimicum rebellum nec cursarium vel forestatum communis Janue vel alicui [sic] officialis ipsius comunis, sed potius quemlibet Inimicum rebellum et cursarium vel forestatum huiusmodi qui ad manus suas vel in forriam suam deuenierit vel habere potuerit consignabit in forriam et virtutem d. potestatis Chij. Et eodem modo procedatur ad electionem potestatis et castelani Folie Noue qui tenere debeat dictum castrum nomine et vice dictionum participum pro ipsorum securitate ad honorem communis Janue d. ducis et sui consilij.

Et eodem modo fiat electio castelani Folie Veteris qui castellanus teneat Locum potestatis qui tenere debeat dictum castrum nomine dictionum participum ad honorem communis Janue ut supra.

Aliorum vero rectorum Omnium dicte Insule Chij fiat electio per potestatem dicte insule Chij modo predictum [sic] electum cum consilio sibi ordinando de quo infra dicitur. Qui Rectores sic electi iurent et promittant dicti [sic] potestati Chij et notario publico stipulanti et recipienti nomine communis Janue dicta Loca regere et gubernare et nomine dictionum participum dicta loca tenere et saluare et custodire ad honorem et favorem et bonum statum domini Ducis et sui consilij et communis Janue et nomine dictionum participum, et redere jus et iusticiam uniuersique [sic] in ciuilibus causis. A quorum sententis per ipsos vel per aliquem ipsorum laici possit appellari et recursum habere ad dictum potestatem Chij. Qui potestas sententias inique vel iniuste latis possit reformare secundum quod ei iustum videbitur secundum formam regularum et capitulorum ciuitatis Janue presentium et futurorum. Qui potestas et castelani Folie Veteris et Noue de male et non recte gestis per eos vel aliquem ipsorum contra aliquem vel aliquos non habitantes in dictis Locis possint et debeant sindicari per syndicatores communis Janue secundum formam capitulorum et regularum communis Janue et per syndicatores

de inimicis
communis Janue
tractatis per
immo et de non
receptandis in-
imicis

de electione
potestatis et
castelani Folie
noue veteris

potestas et
castellanus folie
noue et veteris
debeant syndi-
cari

Chij de quibus infra dicitur et non per alios magistratus. De gestis vero non rite seu non recte aut male vel iniuste contra Grecos et alios habitantes in dictis locis sindicentur et sindicari possunt per quatuor bonos viros ex habitantibus dicte Civitatis Chij eligendos per potestatem successorem ipsius potestatis Chij et suum consilium. Et potestas sui successor teneatur mittere processus sindicatoribus communis Janue ut videant si bene gesserit et quiddam videatur faciendum. Et eodem modo sindicetur potestas et rector Insule Veteris et Nove in dictis Locis. Alij vero officiales et rectores dictionum Locorum sindicentur per syndicatores bonos homines eligendos per dictum potestatem Chij et suum consilium.

5 [fol. xi] Et qui potestates Chij et Folie Nove et Veteris regere et gubernare debeant dicta Loca, civiliter et criminaliter cum plena jurisdictione et mixto Imperio et gladij potestatis [sic] sibi concedendis per Dominum Ducem et suum consilium nomine communis Janue, et homines habitantes et conuersantes in dictis Locis, secundum formam capitulorum et regularum et bonas consuetudines civitatis et communis Janue et secundum formam conventionis Grecorum ut supra et ubi hoc [sic] deesset secundum Jura Romana.

6 In quod dominus potestas Chij teneatur et debeat habere sex consiliarios, illos videlicet qui electi fuerint per predictos patronos et participes, seu per illos qui electores constituti fuerint per ipsos patronos seu participes, de consilio et cum consilio quorum consiliorum dictus potestas Chij teneatur et debeat dictam Insulam regere et gubernare et expendere circa defensionem et fortificationem dictionum Locorum et portuum ipsorum facere si et prout ipsi potestati et consilio dictionum suorum consiliariorum et masarii participum predictorum videbitur; nec aliquid possit ibidem gerere et facere vel fieri facere vel mandare nisi de consilio et cum consilio ipsorum consiliariorum et masarii vel maioris parte eorum, salvo in questionibus seu causis civilibus vel criminalibus coram eo vertentibus super quibus teneatur et debeat Ius et iustitiam reddere et facere prout superius dictum est cum consilio vel absque consilio dictionum consiliariorum pro ut sibi videbitur.

7 Et cogere homines dictionum locorum civitatis et Insule Chij et Folie Veteris et Nove facere exercitum et cavalcata ad dispositionem domini Ducis et sui consilij, non tamen contra participes dicte mahone, ad saluamentum dictionum locorum.

Et eodem modo teneatur et debeat habere sex consiliarios potestas 8 Folie Nove. Quorum omnium officialium et rectorum salaria inferiora declarata solvantur per masarios, eligendos ut infra dicitur, de pecunia condemnationum que fiunt per ipsos potestates officiales seu rectores, et si condemnationes non sufficient solvantur per dictos masarios de alijs Intraivitibus dictionum locorum.

Videlicet potestas Insule Chij habere debeat pro suo salario et 9 provisione et pascimentis suis et sue familie seu pro expensis cibi et potus ipsorum et equorum infra scriptorum perperos milie ducentos quinquaginta, ex qua pecunia teneatur habere ut infra, nec ultra dictam summam possit petere vel habere nec recipere ab aliqua persona quovis modo vel ingenio nisi forsitan pocolentium et exculentium quod infra triduum consummi possit. Et qui perperi sint de pecunia corrente in Insula predicta qui sunt de Karatis viginti in circa.

Qui potestas teneatur de dicto suo salario facere sibi et suo 10 vicario annuatim duo parva vestium novarum pro quolibet eiusdem, panni et coloris pulcrarum et decentium, cui vicario teneatur dare pro dictis vestibus foderaturas sufficientes et decentes, sive de sindone sive de penna. Familia autem quam dominus potestas de pecunia predicta in domo sue habitacionis secum tenere et pascere teneatur et debeat est: hec vicarius unus discretus et sufficientes et honorabilis; Miles unus discretus et valens; scriba bonus et sufficientes, qui sit de numero notariorum maricule Janue eligendus modo predicto castellani Chij; domicellos quatuor sufficientes et boni; turcimanus seu Interpretator lingue greche unus; coccus unus; ragacii sive scutiferi tres; trombarores duos; [fol. x verso] nacaratus unus. Et ultra ex dicto suo salario teneatur emere et tenere et pascere continue toto tempore sui officij equos sex pulcros ydoneos et sufficientes. Familia vero predicta habere debeat pro suo salario ut infra, et non aliud nec ultra, ex quibus suis salariis dicti familiares teneantur facere infra scripta, quod sit et esse debeat de moneta perperorum currentium in Syo qui sunt Karatis viginti vel circa ut supra: vicarius predictus, perperi cxx; miles predictus perperi lxxx; turcimanus perperi xxxv, ex quibus teneatur sibi facere annuatim unum par vestium valoris perperorum x; domiceli quatuor perperi cxx, qui ex predictis teneantur sibi facere annuatim duo parva vestium novarum et semper se vestiant de eodem panno et eodem colore; coqus perperi xviii, de quibus teneatur se vestire de una rauba noua; ragacij tres perperi xxiii,

de consiliariis...
folie nove et
demum... et con-
demnacio
officialium

de salario et
conit... potes-
tatis diti

de salario
ordinato familie
potestatis

de salario vicarii
et alio xii
servitorum

10 quibus teneantur sibi facere pro quolibet unum par vestium; hominatos et nacharatus perperi IX, de quibus teneantur sibi pro quolibet facere et tenere unum par vestium valoris perperum VI usque in VII pro quolibet; summa e[st] perperum CCCCXVII.

11 Castellanus castri ciuitatis Syi semper habere debeat et tenere secum domicellos duos ydoneos et fideles, quos vestiat annuatim de eadem rauba et vestitos de eadem rauba teneat, et ultra semper habere debeat unum coquum: qui castellanus tam pro suo salario et pascimentis suis et diete sue familie et omnium predictorum habere debeat annuatim de moneta Syi predicta perperos CCCC.

12 Potestas Folie Noue in toto suo officio tenere debeat et habere et pascere domicellos quatuor decentes et idoneos et coquum unum, quos domicellos vestire debeat bis in anno et vestitos tenere de eadem rauba et panno eiusdem coloris: et habeat et habere debeat tam pro suo salario et diete sue familie et eorum pascimentis, de moneta Folie Noue perperos de Karatijis XVIII pro quolibet, in anno perperos DC.

13 Castellanus Folie Noue tenere debeat pascere et habere continue duos domicellos et unum cochum, quibus domicellis faciat unam ranbam eiusdem coloris et eiusdem panni in anno: et habeat et habere debeat tam pro suo salario et pascimentis et vestibus et omnibus supradictis, de moneta Folie qui sunt de zilialis XVIII, annuatim perperi [sic] D.

14 Castellanus Folie Veteris habere debeat pascere et tenere semper duos domicellos et unum cochum, quibus domicellis faciat unam ranbam in anno eiusdem coloris et panni, et habere debeat in anno pro suo salario et omnium predictorum pascimentis et ceteris perperos D. de Karatis XVIII. Et alijs officialibus et rectoribus pro ut in eorum electione continetur. Qui potestas et castelani Syi et Folie Veteris et Noue possint et quilibet ipsorum habere seruiantes xxv. pro quolibet quos voluerint ex illis qui fuerint in dictis locis et de quibus fuerint contenti, qui teneantur iurare ipsi rectoribus ad voluntatem ipsorum et cetera.

15 Item quod proprietates et dominium utile et directum dicte Insule Syi territorij Folie Veteris et Noue sint et esse intelligantur et pertineant et pertinere intelligantur ad dictos patronos et participes dicte armate, cum omnibus redditibus introitibus proventibus obventionibus et commodis quibuscumque dictorum locorum; et quod omnes reditus introitus et proventus obventiones et comoda dictorum locorum et condemnationes dictorum pots-

tatum et aliorum rectorum colligantur et exigantur per dictos massarios eligendos per dictos patronos seu participes dicte armate, seu per dictos electores qui ad hoc per ipsos seu pro ipsis constituti fuerint, ex quibus redditibus commodis utilitatibus proventibus et obventionibus et condemnationibus dicta salaria et ipsorum salaria massariorum persoluantur et fiant omnes alie expense fiende in dictis locis, et que deliberabuntur per dictum potestatem Syi et suum consilium ordinatum et ordinandum pro utilitate et defensione dictorum lochorum.

Qui potestas teneatur habere consiliarios sex de populo eligendos per participes dicte mahone siue sapientes ordinatos per ipsos et quorum consilio seu maioris partis eorum dictus potestas possit facere expensas et non alio modo. Quibus solutis totum residuum pertinet ad ipsos participes pro eorum dampnis et interesse et remuneratione personarum suarum et ex causa premissis transactionis et inter ipsos diuidantur per modum ordinatum per participes predictos dicte mahone seu illos qui per eos constituti fuerint.

Proprietates vero castrorum Syi Folie Veteris et Noue et burgorum 17 sit et esse intelligatur communis Janue ut superius dictum est et infra dicitur.

Qui massarij teneantur reddere uel mittere rationem predictorum annuatim Janue magistris rationalibus communis Janue, et securitatem prestare pro quolibet ipsorum de suo officio bene et legaliter exercendo et predictis omnibus attendendis et obseruandis de libris mille Januinarum.

Item quod predictus potestas Syi teneatur reddere et facere rationem cuiuslibet persone de populo requirenti possessiones suas, seu quas dicerent fuisse suas, solvendo [fol. XI] precium et pro melioramento, arbitrio duorum bonorum virorum eligendorum, et soluendo dictis massariis pro dictis participibus quartam partem illius preij quod valeret possessio recuperata ultra precium prelatatum per dictos bonos viros.

Et intelligantur populares et de populo illi qui modo sunt de populo et gremio populi et non alij qui in futurum se facient de populo. Nec possit aliquis predictorum de populo, nec aliquis nobilis Ciuitatis Janue vel districtus vel aliunde qui videretur esse suspectus dictis domino potestati et suo consilio, vel patronis et eorum Massariis, habitare in dictis locis nec bona sua recuperare: et intelligantur suspecti ut supra illi qui fuerint habiti et

reputati pro suspectis per potestatem et castellanum dictorum locorum et per massarios prefatos et Consularios dicti potestatis.

Nec possit in dictis locis vel aliquo ipsorum morari vel receptari aliquis ex hannis forestatis vel condemnatis communis Janue.

²¹ *Et si casus accideret, quod absit, quod civitas Janue non esset sub statu populi, tunc et eo casu dicti potestates et rectores dictorum locorum ipsa loca et terras tenenti nomine patronorum et participum dicte mahone. Qui patroni et participes tenere debeant nomine et vice ipsorum participum dicte mahone seu armate tantum ad honorem et mantencionem status populi, quo casu eorum et quilibet eorum securitates et provisiones quas communis Janue prestissent sint casse et nullius valoris in quantum sint, seu esse passim, seu aliquoties se extendant, in favorem communis Janue. Non autem sint casse in preiudicium dictorum participum et dicto casu plena proprietate et dominio et iurisdictione spectet ad dictos participes. Ita quod nullum jus habeat comune Janue in alio statu quam populi remanendo et in forma predicta intelligatur translati iurisdictione in comune Janue ut supra secundum formam presentis instrumenti et non aliter.*

²² Item quod possit dicitur potestas nomine communis Janue eudere et vadi facere in insula Syi monetam argenti de liga et pondere de qua melius videbitur ipsi potestati, in qua moneta sint littere monete Janue et figure ut deliberabitur per potestatem Syi et suum consilium, videlicet figure domini ducis Janue, et quae littere dicantur *Janue dux et contratus rex romanorum*, in cuius monete fabricatione si fuerit utilitas conuertatur in utilitatem et proficuum dictorum participum. Item quod ducatur de Janua unus bonus et sufficiens sazator.

²³ Item quod omnes patroni galearum eunucium in Romania, vel de Romania in Syriam, vel de Syria in Romaniam, ire teneantur in portum Syi cum dictis galeis et ibi stare per unam diem naturallem. Non tamen propterea patroni ipsarum galearum seu mercatores ipsarum aliquid solvere teneantur.

²⁴ Item quod Januenses sint franchi in insulam Syi de rebus portatis et inde extrahendis salvo de rebus natis in Insula Syi. In Follis Noua et Veteri tractentur sicut tempore Grecorum tractabantur.

²⁵ Item quod fiant loca de quantitibus supradictis, quemadmodum loca comperarum communis Janue, que privilegiantur et fortificentur et privilegiata et fortificata esse intelligantur in omnibus et per omnia cum omni solemnitate pro ut sunt loca dictarum comperarum communis Janue.

Item quod comune Janue possit semper et quando voluerit, usque annos viginti proxime venturos, emere iusto titulo et acquirere de dictis locis qui fuerit et ordinabuntur de dicta quantitate pecunie de dictis fructibus redditibus et obtencionibus dictorum locorum civitatis et insule Syi Folie Noue et Veteris, quo comuni iustitiane vel legitima persona pro eo sibi vendi, [de] dictis locis ad minus usque ad sextam partem in vice totius somme infra scripte librarum ducentarum trium millium, quod predicti participes et patroni teneantur et debeant dictam sextam partem et ultra si ultra velet comune perdictum [sic] pro vice vendere et [in] ipsum comune transferre pro rata precij et quantitatis supradicte ipsum comune de predictis solutionem faciente nihilominus semper tamen dicti participes intelligantur veri et legitimi possessores dictorum locorum donec omnia loca predicta fuerint a dicto comuni empta et solupta ut dictum est.

Et pro dictis partibus quas comune Janue emeret dicti Massarij teneantur comuni Janue respondere de provenientibus. Et postquam per comune Janue dictis participibus fuerit integre soluptum de totalli quantitate dictarum librarum ducentarum trium omnes proprietates et dominium comoda et provenientis dictorum locorum castrorum burgorum civitatis et insulle et territorij sint et esse intelligantur communis Janue et nichil remaneat in ipsos participes. [fol. xi verso] Si vero per ipsum comune infra dictum tempus non fuerit facta dicta soluptio dictis participibus dominium et proprietates dictorum castrorum Syi civitatis ipsius et insule et Folie Veteris et Noue et territori ipsorum locorum cum omnibus introitibus et modis ac utilitatibus ipsorum locorum remaneat in ipsos participes, et sola iurisdictione merum et mixtum imperium remaneant in comuni Janue, et supradictis formis intelligatur traslata proprietates ipsorum locorum in comuni Janue secundum formam presentis instrumenti et non aliter.

Si vero infra dictum tempus comune Janue soluerit dictis participibus partem dictarum librarum cum non possit ipsum comune elapso dicto tempore sine voluntate participum aliquod jus querere in proprietate vel posse dictorum locorum nisi solummodo quod ipsum comune habeat et habere possit partem reddituum dictorum locorum pro parte quam comune Janue soluiset ut supra. Hoc declarato quod comune Janue possit iusto titulo acquirere a singularibus personis participibus dicte mahone loca ipsorum dum tamen non habeat se intrinmiscere

de negotiis dicte mahone nisi ut supra dictum est et infra dicitur.

30 Item quod si homines insulle et civitatis Syri voluerint inter se imponere aliquod communum vel expendium pro dando vel mutando comuni Janue quod eis liceat, nec propterea dicti participes eis possint aliquod gravamen inferre vel eos in supra dictis impedire directe vel per obliquum.

31 Item quod commune Janue dictam insulam et alia loca aut Foliam Veterem et Nouam vel aliquam partem ipsarum aut jurisdictionem predictam non alienabit vel alicui trasferret quomodo causa vel ingenio sine voluntate dictionum participum.

32 Item quod Ideus Alpanus sive Philippus Alpanus, Cosmas Salvaigus, et Lodisus Pansanus, qui fuerunt patroni et armatores trium galearum dicte armate in fauorem et pro fauore populi Janue, et Jacobus Morandus de Saona et Mateus Babo de Saona, sive Antonius Rubecus de Saona eius consocius, patroni duarum galearum ex dictis galeis dicte armate, tractari debeant in omnibus predictis et circa tanquam populares de Janua et sicut ceteri patroni dicte armate.

33 Item quod officiales dictionum participum constituendi et deputandi super laboreris et recolectis seu recolectis mastice in insula Syri possint, licite et sine metu alicuius pene et absque contradictione potestatis Syri vel alterius officialis, faceremasticum laborari et colligi servari et consignari officialibus ipsorum participum secundum modos et consuetudines iuxta in dicta insula. Ac possint dictos laboratores et operarios mastice compellere ad dicta laboreria exercenda et adimplenda secundum consuetudinem ipsius insule et contradictione ipsorum potestatum et rectorum non obstante.

34 Item quod predicti potestates castelani et rectores dictionum locorum et quilibet eorum presentes et futuri tam pro se quam pro famulis eorum teneantur dare auxilium consilium favorem et inuicem quibuslibet massariis et officialibus ipsorum participum qui in dictis locis vel aliquo ipsorum fuerint deputati et constituti super percipiendis colligendis et exigendis introitibus seu commerciis acrosticis seu condemnationibus et quibuscumque aliis introitibus seu angariis pro ipsis participibus, in omnibus et per omnia ad nudam et simplicem requisitionem ipsorum massariorum et officialium et cuiuslibet eorum tocens quocumque fuerint requisiti, et ad ipsorum massariorum et officialium

officium exercendum semper quandocumque per honorum captiorem seu penarum impositionem personarum detencionem et omnibus iuris remediis opportunis compelere quascumque personas ad dandum et soluendum ipsis massariis et officialibus quascumque pecunie quantitates ipsi officialis et massarii petierint et ipsi Castelani potestates et rectores qui fuerint requisiti cognouerint dare vel soluere debere. Vera vice prefatus dominus dux et dicitur eius consiliarij et consilium predictum, nomine et vice communis Janue, acceptauerunt predicta ut supra et ipsa ex causa predictae transactionis et compositionis versus dictos patronos et participes dicte armate et me, Petrum de Reza, notarium et cancellarium communis Janue et dictionum domini Ducis et consilij tanquam publicam personam [fol. xii] officio publico stipulant et recipienti, nomine et vice omnium et singulorum participum dicte armate.

Et ex causa predicta dicitur domini Dux et consiliarij predicti 35 et ipsum consilium dicto nomine libere dimiserunt quantum in eis est dicitur patronis et participibus et mihi dicto notario inscripto dicto nomine dictionum participum dictam Insulam Ciuitatem et terras et castra et loca predicta cum omnibus terris et locis accessoris et appendiciis ipsorum et cum omnibus iuribus quous modo in dictis terris et quolibet vel aliqua earum quouis modo questus seu quomodolibet competentibus seu competituris et cum omni iure colligendi habendi et percipiendi et colligi et haberi faciendi omnes et singulos introitus redditus obventiones et commoda quecumque ut supra dictum est.

Ita quod ipsi communi non remaneant aliqua in dictis locis iura 36 seu pro ipsis et occasione ipsorum, nisi iura mori et mixti imperii et iurisdictionis et alia iura superius communis [sic] Janue seu prefatus domino duci et eius consilio nomine et vice communis Janue secundum formam presentis instrumenti premissa et proprietates et dominium dicti castri et Ciuitatis syri et dictionum Castrorum folie veteris et noue in forma predicta et per modum supradictum ut superius est dictum et nec aliter nec alio modo.

Et ex causa predicta transactionis et compositionis prefati domini 37 dux et eius consilium dicto nomine promiserunt dicitur patronis et participibus dicte armate superius nominatis et mihi dicto notario stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum participum dicte armate, quod per ipsum dominum ducem et eius consilium communiter vel diuisim seu per commune Janue

seu per aliquem alium pro ipsis domino ducis et eius consilio seu pro comune Janue nula in perpetuum contra dictos patronos et participes vel aliquem ipsorum heredes vel bona ipsorum vel alicuius eorum seu de dictis predictis terris et locis vel de iuribus vel aliquo vel aliquibus ipsorum seu pro Turibus vel de iuribus ipsorum vel alicuius eorum fiet questio molestia et impedimentum aliquod vel grauamen seu lex aliqua actio seu questio inferetur requisito vel controuersia mouebitur in iudicio vel extra aliquam ratione occasione vel causa quo modo aliquo vel ingenio de iure vel de facto dici vel excogitari possit salvis tamen supradictis.

38 Item quod comune Janue teneatur defendere dicta loca contra quemcumque regem principem vel baronem Comitem et quemcumque alium et quemcumque aliam personam qui vel que vellet offendere dicta loca seu alterum ipsorum aliquo quouis modo, et ad ipsa defendenda et pacificanda suam prestare auxilium consilium et fauorem expensas dictorum participum quas facere teneantur dicti participes quatenus durarent et sufficerent reditus et proventus dictorum locorum ad ordinationem domini ducis et sui consilij visa et examinata ratione dictorum introitus pro sciende reditus supradictos quibus deficientibus comune Janue de sua propria pecunia defendere teneatur que omnia et singula dicte partes dictis nominibus etc.

39 Item quod potestas peyre vel aliquis alius rector officialis vel magistratus in partibus orientalibus constituti pro comuni Janue nullam habeant vel habere possint vel pretendere jurisdictionem coercionem vel potestatem aliquam in dictis vel predictis locis seu terris vel aliquo vel aliqua ipsarum. Sed separata sit iurisdiclio dictorum locorum a iurisdictionibus aliis quibuscumque quouvis aliorum officialium rectorum seu magistratum in quavis mundi parte orientali pro comuni Janue constitutorum et secundum quod superius in presenti instrumento dictum est.

Que omnia et singula dicte partes nominibus sibi ad inuicem et una alteri solemniter promisserrunt [fol. xii verso] attendere complere et obseruare et in nullo contrahere vel venire de iure vel de facto sub pena librarum mille Januinorum in quam penam incidat pars non obseruans parti obseruanti lociens quociens fuerit contrafactum vel non obseruatum ratis manentibus supradictis.

Et pro inde ad sic obseruandum omnia bona ipsarum partium una pars alteri pignori obligauit videlicet dicti dominus dux et

consilium omnia bona comunis que per capitulum obligari non prohibentur et dicti patroni et participes et procuratores dictis nominibus omnia bona ipsorum et cuiuslibet eorum.

Insuper prefatus dominus dux et eius consilium et consiliarii dicti consilij per franciscum de fonte mareso cintracum comunis Janue de mandato voluntate et decreto prefati domini ducis et sui consilij in animas suas et omnium et singulorum Januensium et Districtualium comunis Janue iurauerunt ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis predicta omnia et singula rata et firma habere et teneri et contra predicta directe vel indirecte principaliter vel incidenter non facere vel venire aliqua ratione occasione vel causa que modo aliquo vel ingenio de iure vel de facto dici vel excogitari possit. Et dicti Simon et alij patroni et procuratores superius nominati tactis scripturis nomine ipsorum et aliorum participum et in animas eorum et aliorum participum et patronorum simile sacramentum fecerunt et iurauerunt ut supra.

Item quod patroni vasorum nauigabilium possint licite scapotare quoscumque marinarios suos et acordatos quoscumque in ciuitate syi seu in portu syi quemadmodum scapotarentur in rodo vel peyra non obstantibus aliquibus statutis vel decretis comunis Janue seu officij Gazarie.

Actum Janue in terracia palacij ducalis ubi reguntur consilia domini ducis et sui consilij anno Dominice natiuitatis millesimo trecentesimo quadagesimo septimo Indictione decima quarta secundum cursum Janue die vicesima sexta februarij circa nonam presentibus testibus Lafanco de Valle, Johannes de Laurentijs de Gavio, et Lafrancus de Zoatio notarius et cancellarius comunis Janue. Manuele de Lagnoto notario et Antonio de Passano quondam Andrioli subscribe cancellarie vocatis et rogatis.

Extractum transcriptum et exemplatum est fideliter ut supra de foliacio Instrumentorum compositorum per quondam petrum de reza notarium et cancellarium existentem in cancellaria regia comunis Janue per me Iohannem stellam notarium et cancellarium.

Rex dominus } IOHANNES STELLA, cancellarius.
Janue